



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXIII. De Nuncio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

rum sententia, ut ille explicat *num. seq.* procedit tantum ad effectum, ut actus idem à principio nulliter gestus confirmetur, & valeat ut ex tunc.

Non obstat text. in *cap. auditis 29. de elect.* ubi electio nulla propter defectum consensus electorum, non valet ut ex nunc etiam iisdem consentientibus, propter regul. d. *cap. non firmatur*. quicquid aliud intendat, gloss. ibi post med. & in *d. cap. auditis. verb. ex post facto. gl. verb. tractatus, in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. lib. 6.* & utrobique Doctores. Verius videtur, electionem illam non constitui validam etiam ut ex nunc, quia consensus ille superveniens non sufficiens fuit ad electionem novam constituendam per se absque auxilio illorum, quæ nulliter præcesserunt, & quæ oportuit de novo iterari.

CAPUT. XXXII.

Numerus, vid. infra Singularis & Septenarius.

Axioma I.

De numeri principio idem est, quod de numero. *l. maritus adiunct. gloss. C. de procur. ibidemq. Cyn. Paul. de Castr. & Alex. Imol. Cyn. in l. non ideo minus. C. de hered. instit. Everard. in loc. Topic. loc. à vi numerum. 2.*

II.

Numerus pluralis concipit singularem. *l. non est sine liberis 184. ubi not. Alciat. ff. de V. S. cum aliis traditis per Tiraq. in l. si unquam. in vers. suscepit liberos. num. 241. Bertazol. i. consult. decif. cons. 98. n. 32.*

III.

Unicum certamen vel specimen non sufficit, sed requiritur ut athleta, miles, studiosus tertio se strenue gesserit, si præmium mereri velit. *Perez. C. de athlet. n. 6. 8.*

IV.

Supernumerarii ordinarii non præjudicant, nec quicquam adimunt. *Perez. C. de Collegiat. n. 9. 10. licet pro se habeant Rescriptum principis. Brunnem. ad lum. C. ad n. 2.*

V.

Número duorum contenta est pluralis locutio. *c. si testes 3. §. ubi 4. q. 2. ideoque ubi numerus testium non adicitur, regulariter duo sufficiunt. d. c. si testes. §. ubi 4. q. 2. l. 9. C. de testib. l. ubi. num. 12. ff. eod. c. 23. c. 28. extr. de testib. Deut. 19. v. 9. Matth. 18. v. 16. nisi quando lex ipsa plures requirat, quemadmodum per plures casus ostendunt Speculat. de testib. §. 11. num. 1. & seqq. Vasq. l. 1. contr. 14. num. 3. Donell. ad l. 9. p. 192. C. de testib. Farin. de test. q. 63. num. 239. Umm. in disp. ad process. disp. 16. th. 6. num. 42. vid. infr. lib. 15. c. Pluralis.*

VI.

Número præfertur autoritas. *c. Ecclesia 37. extr. de elect. numero enim majori non semper statuitur, nisi sit sanior. d. c. c. q. v. casu si numerus multum excedat, autoritati præponi solet. cap. dudum 28. extr. de elect.*

VII.

Numerum non augeat persona electi, nec in numerum eligentium computatur. *c. humana 30. extr. de elect.*

CAP. XXXIII.
De Nuncio,

Axioma I.

Quoties de facto nuncii propriis quæritur, toties plenam meretur fidem; quoties verò de alieno, toties semiplenam tantum. *l. apparitores 5. C. de ex. act. Tribut.*

Ratio: quia in factis propriis fides ejus publicæ autoritate est electa, & juramento confirmata. Inde in his pro eo præsumitur, & fides ipsi habetur, non verò in alienis. *Gallilib. obf. 54. n. 4. 5.*

Exempl. Ita ergo creditur nuncio dicenti, se executum esse citationem, & citatum personam liter invenisse. *Simon van Löwen in Process. Forens. p. 2. lit. c. g. m. 4.* Econtra non creditur ipsi dicenti, se à citato verberatum; *Es habe sich der Citirte wider ihn vergrißsen, oder unbescheldener Reden verlauten lassen. Menoch. lib. 2. arbit. Jud. quest. cas. 112. n. 15.*

Limita, ut procedat (1.) de nuncio jurato & publico. (2.) ut contra nuncii relationem semper adhuc admittatur probatio in contrarium. *Mascard. de probat. concl. 112. num. 26.* (3.) ut ultimo præmissis casu judicis arbitrium non excludatur.

II.

Publicæ latitiæ nunciis modicum donari potest, immodicum nec exigere, nec accipere à sponte solventibus possunt. *l. 2. C. publ. latitia. ibiq. Brunnem.*

III.

Nunciis insignia, Bethen-Zeichen habentibus creditur. *Ayrer in process. C. 4. v. 2. n. 24.*

CAP. XXXIV.
De Nundinis.

Axioma I.

In Nundinis res & personæ arrestari nequeunt, nisi in iis quis contraxerit, aut solutionem receperit. *Lum. C. de Nund. vel debitum sit juratū, aut quis immunitati temporis lociq; renunciet, Moler. l. 1. Sem. 12. Coler. de Process. Execut. P. 2. cap. 3. n. 156. Peck de fure sist. cap. 10. n. 3. Renunciatio verò illa non valet, nisi sit specialis & expressa. Peck d. l. cap. 12. n. 2.*

II.

Nundinæ singulari protectione & securitate gaudent, vulgò Messend Jahrmarkt Schuß. *Mager. de advocat. cap. 15. n. 18.*

III. Nun-